

DOCUMENTS SOBRE L'ORGUE DE LA SEU DE GIRONA, 1363-1496

JOSEP M. MARQUÈS

Els documents que podeu llegir a continuació no havien estat utilitzats mai abans, que sapiguem, de manera que era comú atribuir al segle XVI el primer esment d'un orgue a la catedral de Girona, seguint Francesc Civil¹, fins a publicacions recentíssimes². No obstant això, es podia conjecturar que l'instrument hi devia ser usat anteriorment, perquè hi ha un esment d'un orgue a Sant Feliu de Girona³, i no és fàcil de creure que la catedral es deixés precedir per la col·legiata, que en una certa mesura li era subordinada.

1. Assignació de salari a l'organista de la seu

1363 abril 17

ADG, *Liber negotiorum capituli 1358-1446*, f 34.

(Capítols generals de Pasqua, 1363)

«Item assignarunt Raimundo Geronela presbitero sedis tresdecim libras annuatim de vita sua super bonis operis, et quod pulset XL diebus quolibet anno organa in ecclesia Gerundensi divinis officiis celebrandis. Presentes supradicti testes.»

¹ Civil, El fet musical.

² Pep Pujol.

³ ADG, *Sant Feliu de Girona, Obra 1365-1391*, ingressos, f36. La partida de despesa, corresponent al 1384, no fa referència directa a l'instrument, sinó a la "trona" on fou instal·lat.

2. Augment de sou de l'organista

1368 abril 29

ADG, *Liber negotiorum capituli 1358-1446*, f 53

«Item dicto domino episcopo et honorabili capitulo ut premittitur capitulantibus per discretum Raymundum Geronela presbiterum beneficiatum in ecclesia sedis Gerunde fuit oblata quedam supplicatio tenoris sequentis:

A la molt reverent e honradora paternitat de uós monsenyor lo senyor bisbe e a la prudentia de uosaltres senyors de capítol de la seu de Gerona humilment supplica en R, Geronela, simpla beneficiat de la dita seu, que com per lo tocar dels orguens que fa en la dita esgleya certs dies del any en lahor de Déu e del offici de la sgleya li sien assignades XIII lliures de barcheloneses cascun any, e.l dit supplicant se sia esforsat e s.esfors de son poder en honor e en reverencia de Déu e de la sgleya e de uosaltres fer lo dit offici dels orguens molt més en que no es tangut segons la convinença d.aquèn feta; per ço supplica lo dit R. que per la reverencia de Déu e del seu poch benefici que ha els carrechs a que és tangut, als quals no pot deffalir, e per ço cor ell fa lo dit offici per molts dies e vagades en que no es tangut, li vuylats fer compliment a XV lliures anuals, les quals uos plàcia li sien assignades sobra una canongie de queles que pren la obra de la dita seu per raho del dit offici e per sustentacio de la vida del dit supplicant. Nostre senyor Déu uos conserva en estament de gracia e us ffaça viura longuament en bona vida al seu beneyt servey.

Qua quidem supplicatione oblata, dictus dominus episcopus et capitulum concesserunt et assignarunt dicto Raimundo Geronela quadraginta solidos monete barchinonensis quilibet anno per eum habendos et percipiendos pro dictis organis pulsandis, ita quod in universo haveat de cetero et percipiat in universo pro dictis organis pulsandis quolibet anno super bonis et iuribus operis seu fabrice ecclesie Gerundensis quindecim libras dicte monete, comprehensis tamen et inclusis in dictis quindecim libris omnibus et singulis assignationibus particulariter aut qualicumque modo hactenus dicto Raimundo Geronela factis pro organis pulsandis; volentes et mandantes operario seu procuratori dicti operis seu fabrice dicte ecclesie Gerundensis qui est et qui pro tempore fuerit ut de cetero de bonis et iuribus dicti operis seu fabrice solvat et tradat dicto Raimundo Geronela pro dictis organis pulsandis quolibet anno in universo quindecim libras pro

omnibus assignationibus hactenus /f 53v/ sibi factis. Retinuerint tamen sibi et voluerint dicti domini episcopus et capitulum quod dictus Reimundus Geronela non possit se absentare illis diebus quibus debet et tenetur dicta organa pulsare absque licentia dicti domini episcopi seu eius vicarii.

Fuit facta dicta assignatio et concessio die et anno predictis, presentibus et ad hec vocatis pro testibus distreto Petro de Podio, presbitero beneficiato in ecclesia sedis Gerunde et Roderico de Sella, cubiculario reverendi domini episcopi Gerundensis.»

**3. Rebut d'un orgue, firmat pel sotscol·lector
de la cambra papal al bisbe i capítol de la seu de Girona**

1375 abril 27

ADG, Liber negotiorum capituli 1358-1446, f 87v.

«Item venerabilis dominus Petrus Rubei, sacrista secundus ecclesie Gerundensis, subcollector iurium camere apostolice pertinentium in civitate et diocesi Gerundensi, gratis et ex certa scientia recognovit se habuisse realiter et de facto organa, bibliam et lembutum que dictus dominus episcopus et capitulum Gerundense tenebant in eius comanda. Renunciantes etc. De predictis organis, biblia et lembuto fecit eis bonum et perpetuum finem. Et nihilominus mandavit idem subcollector cancellari comendam eorumdem. Testes Berengarius Pelisserii, oriundus Sancti Petri Piscatoris et Petrus Rubei, clericus beneficiatus in ecclesia Gerundensi.»

**4. El sonador d'orgue de la seu és exclòs, juntament
amb altres càrrecs de la seu, de certes distribucions
reservades als clergues més pobres.**

1458 juny 27, Girona

Liber negotiorum capituli 1458-1493, f 2.

«In nomine Domini, amen. Pateat universis quod nos Jordanus de Avinione, licenciatus in decretis, archidiaconus gerens vices episcopi Gerundensis sede vacante, et capitulum sedis Gerundensis ad mandatum domini vicesgerentis predicti per trinum tactum simbali ut est de more

inter missarum sollempnia convocatum et congregatum, ad quam siquidem convocationem et congregationem in domo thesauraria dicte ecclesie comuniter nuncupata, una cum dicto domino vicesgerente convenimus et interfuimus nos Iohannes Jqaufrius de Sancto Celedonio, Petrus Boneti, decretorum doctor, Baltasar de Seguriolis, Petrus de Sancto Celedonio, Petrus Vedruna, Andreas Domanech et Bernardus Prim, canonici, Iohannes Pellisser, sacrista secundus, Iohannes de Terradis, Anthonius Lorens et Dalmacius de Sancto Dionisio, thesaurarius, presbiteri de capitulo supradicto, capitulantes inibi et capitulum dicte ecclesie Gerundensis pro subscriptis et aliis peragendis negociis dicte ecclesie facientes et celebrantes; Attendentes quod propter frequentata subsidia et decimas apostolica auctoritate non longevis superioribus temporibus impositae, ad quorum solutionem anniversaria presbiteralia dicte ecclesie contrubuerunt et distributio etiam quotidiana ipsorum anniversariorum per dies plurimos, una videlicet die cuiuslibet septimane usque ad integram solutionem non sine molestia pauperum sacerdotum cessare habuit, ex postque inopia reddituariorum dictorum anniversariorum crescente, ipsisque subsidiis et decimis non cessantibus exigi, ad hoc deventum est quod de ipsorum anniversariorum redditibus annuis non valet commode fieri distributio quotidiana, cum ad id non sufficiant, prout experientia edocet et evidencia facti, nam ab ipsis sic dispendiosis citra temporibus procuratores et administratores ipsorum anniversariorum finito biennio eorum administrationis in eorum comptis que de ipsis administrationibus reddiderunt recyperaturi fuerunt magnas pecunie summas, quas in ipsis administrationibus de suo proprio bistraxerant, et ymo propterea a quibusdam paucis citra temporibus fuerunt secuta scandala et incomoda divino cultui ipsius ecclesie. Attendentes etiam quod licet exacta cura pensatum fuerit, alia salubria via non fuit reperta ad evitandum scandala et divini cultus huiusmodi incomoda et detrimenta quam subscripta; idcirco gratis et scienter pro honore et indemnitae dicte ecclesie et eius divini cultus quibus quantum cum Deo poterimus salubriter et accurate occurrere peroptamus; Statuimus et ordinamus quod presbiteri deservientes dicte ecclesie tam presentes quam futuri ab hac die in antea habeant et percipiant dumtaxat illas decem libras que dari et solvi consueverunt per beneficiatos absentes dicte ecclesie pro servicio scilicet missarum suorum beneficiorum et pro eorum absentia, necnon habeant et percipiant omnes distributiones psalmodiarum, absolutioem et

processionum, psalmos et candelas cere et ea omnia que in canonica habere et percipere hactenus consueverunt; Sub hiis tamen statuto et ordinatione nolumus esse comprehensos presbiteros deservientes, tenentes et facientes septimanas tam evangeliorum quam alfuyeriorum neque ministerium thesaurarii neque ministerium sacriste secundi neque deservientem pulsantem organa neque substitutum clavigeri dum ipse claviger sit absens et ipse substitutus solum teneat locum ipsius clavigeri et pro ipso tantum deserviat, sed ipsi deservientes, tenentes et facientes septimanas minister thesaurarii, minister sacriste secundi, et qui pulsat organa et substitutus clavigeri ut premittitur absentis habeant et percipiant sicut hactenus habere et percipere consueverunt presentibus statuto et ordinatione (...)

5. El bisbe i el capítol de la seu contracten mossèn Joan Ferrando com a organista, amb un sou de 65 lliures anuals.

1496 novembre 10, Girona

ADG, *Liber negotiorum capituli 1458-1493*, f 64v-65v.

«In nomine Domini, amen. Noverint universi quod die iovis intitulata decima mensis novembris anno a nativitate Domini millesimo CCC nonagesimo sexto, rmus. in Christo pater et dominus dominus Berengarius miseratione divina episcopus et honorabile capitulum ecclesie sedis Gerunde post misse maioris celebrationem de mandato ipsius rmi. Domini episcopi ad trinum tactum squille sepulcri convocati et congregati in domo thesauraria dicte sedis, ad quam siquidem convocationem et comgregationem una cum ipso domino episcopo convenerunt et presentes fuerunt honorabiles viri Iohannes de Margarit, archidiaconus maior, Iohannes Beuda, precentor, Michael Bescós archidiaconus de Silva, Petrus Franciscus de Sancto Celedonio, Petrus de Raseto, Georgius Sarriera, Petrus Bartholomei, Michael Guell, Iohannes de Cartiliano, Iacobus Rocha, Iohannes Coll, Salvius Ropit, Gabriel Iohannis, canonici, Gaspar Puig, Geraldus Dalmacii, Petrus Ribe, Geraldus Puig sacrista secundus, Bernardus Solivella et Narcissus Ysern, presbiteri de dicto capitulo, capitulantes ibidem et capitulum ipsius ecclesie pro subscriptis facientes et representantes ex una, et venerabilis Iohannes Ferrando, pulsator organorum oriundus civitatis Barchinone, nunc vero in presenti civitate Gerunde commorans; Attendentes quod ipsi rmus.

dominus episcopus et honorabile capitulum, pro ornatu et decore ipsius ecclesie ac divini cultus et officii magnificatione fabricare fecerunt de novo in dicta sede quedam magna et pulcherrima oegana, quibus necessarium est de aliquo bono et experto pulsatore providere, inierunt, convenerunt et concordarunt ac firmaverunt capitula infrascripta tenoris sequentis /f 65/

Capitols concodats, fets e ffirmats entre los rmo. senyor bisbe e honorable capitol de la seu de Gerona de una part, e lo venerable an Iohan Ferrando, sonador d.orguens natural de la ciutat de Barchelona, e ara habitant en Gerona de la part altra, sopra lo sonar dels orguens, tant maiors com manors de dita seu.

[1] E primo es convengut e concordat entre les dites parts que los dits rmo. senyor bisbe e honorable capitol, attenents que per honrar e magnificar lo culte e offici divinal en dita seu han fets fabricar novament huns molt bells, grans e meravellosos orguens, als quals es mester proveir de algun bo e expert sonador, per ço, havents plena experiencia de la suficiencia e expertesa del dit Iohan Ferrando en l.art de sonar orguens, donen e assignen lo offici de sonar e comanen dits orguens al dit Iohan Ferrando, a beneplacit dels dits rmo. senyor bisbe e honorable capitol.

[2] Ítem los dits senyor bisbe e capitol stipulen e prometen pagar eo fer pagar cascun any al dit Ferrando per son salari de sonar dits orguens e del manxador de aquells, lo qual dit Ferrando se hage haver e pagar, cinquanta sinch liuras moneda corrent en Gerona, e açó per terces.

[3] Ítem lo dit Johanj Ferrando, acceptant lo dit offici de sonar ab exhibitio de gracies, promet e se obliga personalment sonar lo dit orga maior en les festes anyals e totes les festes de Nostra Dona y a les completes de Nostra Dona primeres y derreras, e més, a sent Steve, a sent Johan, als Reys, l.endemà de Pascha, l.endemà de Pentecoste, al Corpus, als Martirs, a sent Pere, a sent Johan, a Tots Sants, dedicatio Ecclesie, a Trinitat, a sent Salvador, sant Ffeliu, sant Narcís, santa Elizabet e en totes altres festes que li sera manat per los predits senyor bisbe o son vicari e honorable capitol.

[4] Ítem lo dit Iohan Ferrando se obliga e promet sonar l.orga patit de dita seu totes les altres festes de maiors com és acostumat, e a les festes de mijans de cor maior, a missa i Magnificat, e totes festes les quals no.s fassa l.offici ferial, missa e Magnificat, e més los dissaptes com és en praticha, e més los dijous de Corpore Christi a missa e en les octavas de Corpore Christi a missa e vespres.

[5] Ítem en los mijans de cor maior, com dalt es dit, sie tengut lo dit sonador sonar primeres e segones vespres, ymne, magnificat e missa.

[6] Ítem promet lo dit sonador que si per alguna necessitat sua se haurà absentar de la present ciutat, ho fara ab licencia e voluntat dels predits senyor bisbe eo de son vicari e honorable capitol. E en tal cas, e de indispositio de la sua persona, dara e lexará algun bo e sufficient substituit per fer dit exercici, a coneguda dels dits senyor bisbe e honorable capitol.

[7] Ítem lo dit lohan Ferrando promet e s.obliga que tostemps que lo dit orga se torbarà o.s desbaratarà, ell repararà e adobarà aquell en tot lo que ell sebrà fer de ses mans sens salari algun, a despeses emperò de la obra de dita seu en lo que mester hi haurà.

[8] Ítem promet e iura lo dit sonador que tindrà spolsats e tractarà los dits orguens be e degudament a tota conservatió e utilitat /f 65v/ de aquells. E si conexerà algun dan o dampnatge an aquells, provenir ho denunciarà de continent als dits senyor bisbe e capitol perque y puguen degudament proveir.

[9] Ítem los dits rmo. Senyor bisbe e honorable capitol volen e entenen sobre les dites coses reternir.se poder, decréxer e mudar com millor vist lus sia, no disminuint enpero dit salari.

Que quidem capitula premissa et unumquodque illorum partes predictae convenerunt et promiserunt sibi ipsis ad invicem et vicissim in manu et posse scriptoris iurati infrascripti tamquam publice persone hec ab ipsis stipulantibus et recipientibus vice et nomine ipsorum et omnium aliorum quorum interest et intererit seu poterit interesse in futurum, omniaque in illis contenta servare, attendere et complere et in ullo contrafacere vel venire iure aliquo, causa vel etiam ratione, obligando proinde una pro alteri et vicissim omnia bona sua presentia et futura ubique habita et habenda. Iuratque etiam prefatus Iohannes Ferrando in manibus et posse prefari rmi. domini episcopi circa exercitium dicti officii custodiam et conservationem dictorum organorum fideliter et diligenter se habere iuxta formam et tenorem preinsertorum capitulorum, de quibus quidem capitulis dicte partes voluerunt, pecierunt et requisierunt eis et utriusque earum partium fieri et tradi tot originalia instrumenta publica quot inde pecierunt et habere voluerunt per me notarium publicum infrascriptum.

Que fuerunt acta Gerunde, in dicta domo thesauraria die, mense, anno et hora predesignatis, presentibus et vocatis ad hec Michaele Pages,

scriptore iurato scribanie episcopalis Gerunde et ipsarum scribaniarum una mecum notario infrascripto regente, et testibus scilicet discreto Petro Spital, presbitero in dicta sede beneficiato et Narcisso Michaelis magistro organorum nunc habitator Gerunde ad premissa adhibitis specialiter et rogatis.»

6. El capítol de la seu pacta amb Joan Ferrando, organista, que el seu contracte serà vitalici

1496 novembre 10, Girona

ADG, *Liber negotiorum capituli 1458-1493*, f 66.

«In Chisti nomine, amen. Noverint universi quod sub anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, die vero iovis intitulata decima mensis novembris, post misse maioris celebrationem, rmus. in Christo pater et dominus dominus Berengarius miseracione divina episcopus et honorabile capitulum ecclesie sedis Gerundensis ad mandatum ipsius domini per trinum tactum squille Sepulcri, ut sepe fieri solet convocati et congregati in domo thesauraria dicte sedis, communiter nuncupata, in qua siquidem convocatione et congregatione una cum ipso rmo. domino episcopo convenerunt et presentes fuerunt honorabiles et providi viri Iohannes de Margarit, archidiaconus maior, Iohannes Beuda, precentor, Michael Bescós archidiaconus de Silva, Petrus Franciscus de Sancto Celedonio, Petrus de Raseto, Georgius Sarriera, Petrus Bartholomei, Michael Guel, Iohannes de Cartelà, Iacobus Rocha, Iohannes Coll, Salvius Ropit, Gabriel Iohannis, canonici, Gaspar Puig, Geraldus Dalmacii, Petrus Ribe, Geraldus Puig sacrista secundus, Bernardus Solivella et Narcissus Ysern, presbiteri de ipso capitulo, capitulantes ibidem et capitulum ipsius ecclesie pro subscriptis facientes et representantes, scientes et attendentes se die presenti et paulo ante dedisse et assignasse officium pulsatoris organorum dicte sedis ad ipsorum beneplacitum venerabili Iohanni Ferrando magistro et expertissimo pulsatori organorum sub certis capitulis per et inter ipsos initis, concordatis et firmatis; scientes preterea et attendentes quod dictus Iohannes Ferrando per unum annum et ultra vacavit circa fabricam et direccionem organorum maiorum in dicta sede pro ornatu et decore ipsius ac cultus et officii divini magnificatione noviter fabricatorum absque salario

et expensis dicte ecclesie, confidentes etiam quod dicta organa facilius et utilius per ipsum qui eorum fabrice interfuit quam per alium dirigentur et conservabuntur, volentes igitur ipsum Iohannem Ferrando favore prosequi gracioso, voluerunt, concesserunt et promiserunt eidem Iohanni Ferrando de gracia speciali quod dictum officium pulsatoris organorum dicte sedis de tota vita sua teneat et possideat, salariumque quinquaginta librarum proinde sibi stipulatum percipiat et habeat, et ab ipsis per quempiam privari seu revocari de tota ipsius vita non valeat nisi iusta et legitima causa precedente.

Et dictus Iohannes Ferrando predictam concessionem et gratiam a dictis rmo. domino et honorabili capitulo cum multiplici gratiarum actione recipiens et acceptans, pomisit et iuravit in manibus et posse prefati domini episcopi circa oxercicium dicti officii et custodiam ac conservacionem dictorum organorum fideliter et diligenter se habere iuxta formam et tenorem dictorum capitulorum. Et omnes predicti insimul promiserunt, scilicet una pars alteri et vicissim predicta omnia servare, attendere et complere et in nullo contra facere vel venireb aliquo iure, causa vel etiam ratione, sub bonorum suorum omnium ubique obligatione, de quibus omnibus et singulis supradictis prefati rmus. Dnus. Episcopus et honorabile capitulum voluerint et mandarunt, et dictus Iohannes Ferrando peciit et requisivit sibi fieri atque tradi instrumentum poublicum, unum et plura per me notarium publicum infrascriptum. Que fuerunt acta Gerunde, in dicta domo Thesauraria et per dictos rrum, domunium episcopu et honorabile capitulum promissa, concessa et firmata ac per dictum Iohannem Ferrando iurata die, mense, anno et hora predesignatis, presentibus et vocatis ad hec discreto Michaeli Pages, scriptore iurato scribanie episcopalis Gerunde et testibus scilicet discreto Petro Spital, presbitero in dicta sede beneficiato et Narcisso Michaelis, magistro organorum nunc habitatore Gerunde ad premissa adhibitis sspecialiter et rogatis.»